

IMAGINEM REFERENS JOHANNIS RANTZOVII, EQUITIS AURATI, ET DOMINI in Bredenbergh, &c. Friderici Primi, & Christiani Tertij Regum Daniæ, summi Exercitus Præfecti: cufus circiter Annum Christi 1534.



IOHANNES hic Rantzovius, ex illustri nobilique Rantzoviorum in Holsatia, familia prodiens, tredecim annorum adolescentulus cum esset, post mortem patris, invitâ matre & amicis, clam instructo domi equo, proxima castra secutus est. Vir factus durissimis belli laboribus se totum dicavit: susceptaque nobili peregrinatione totum penè terrarum orbem circumvagatus, Hierosolymis Equestrem dignitatem suscepit, quam succedente tempore, factis egregijs condecoravit. Ex his singularia & ad memoriam digna illa: quod cum Christiernus Secundus Daniæ Rex immanissimâ crudelitate in Proceres Danicos, Gothos & Suecos faviret, hique in tyrannum conspirantes ad Fridericum patrum Christierni, regnum deferrent: Rantzovius Friderico suator & author, ut oblatam provinciam susceperet, extitit: sub ipsius auspicijs, exercitum in Daniam traduxit: nonnullis que locis ibi prius expugnatis Hassniam regalem urbem, plus anno integro obsidione pressit: domitam fame in Principis sui gratiam suscepit. Quod peractis his, cum cohortibus suis in Selandiam navigavit, commissâ ancipiti pugna, Severinum de Norbu virum strenuum, rei militaris peritum, & quindecim millia agrestium secum habentem, superavit: quin eodem etiam die Ottonem Stigensem hostibus, cum non contemnenda manu ex plebe collecta subsidio venientem devicit. Quod cum Christiano Rege Lubecenses, res novas molientes, non procul ab oppido Oltino desideratis multis auffugere: Segeberghensem obsidionem relinquere, ac de sua